



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

CXXXIV. De facultate restituendi discretos in Provincia Flandro-Belgica
Gener. Capuccinorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

Preces Procuratoris Generalis, & causa praesentis concessio-nis.

tum subinde ab infra scripta Congregatione Cardinalium approbatum, & per quasdam nostras desuper in simili forma Brevis expeditas literas confirmatum fuit.

S. 1. Cum autem sicut eadem expositio sub-jungebas, dilectus etiam filius Paulus Rigord Clericus ejusdem Congregationis in Capitulo Generali Anno 1711. Parisii celebrato ad munus Diffinitoris adjuncti praedictum, seu Substituti dicti Procuratoris Generalis electus fuerit, ac proinde praedictus Joannes Procurator Generalis, ne unquam futuris temporibus de validitate electionis praedicti Pauli in Diffinitorem adjuncti, ac de Benefacito hujusmodi, dubitari queat, illam Apostolica Confirmationis nostra patrocinio per Nos communiri, ac eidem Paulo, ejusque pro tempore successoribus ad idem munus affervandis vocem deliberativam, cum aliis praerogatis in praedicto Capituli Generalis Decreto contentis concedi plurimum desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut eidem Paulo in premissis opportune provide, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

S. 2. Nos igitur ipsius Joannis Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, ac eorumdem Joannis Procuratoris Generalis, & Pauli singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, eidem Paulo, ejusque in dicto Diffinitoris Adjuncti officio pro tempore successoribus vocem deliberativam tam in Capitulo Generali, quam in Diffinitorio hujusmodi, cum omnibus Privilegiis, & conditionibus in memorato Decreto Capituli Generalis contentis, auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus.

Concessio-præd.

Clausule.

S. 3. Decernentes easdem praesentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sive in premissis per quoscumque Judices Ordinarii, & Delegatos, etiam Caesareum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irriterum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis, & Provinciarum praedictarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XI. Junii MDCCXIV. Pontificatus nostri Anno Decimo-quarto.

Conceditur Ministerio Gener. Ordinis Fratrum Capuccinorum facultas restituendi Discretos in Provincia Flandro - Belgica.

Hujusmodi Discreti primo abrogati fuere in Regnis utriusque Castella Inn. XII. Conf. ed. 1693. Martii 29. P. 2. Deinde in Provinciis Bætica, & Navarra Conf. ed. 1693. Sep. 12. Item in aliis Conf. 1694. Apr. 5. P. 3. Ac demum in Provincia Flandro - Belgica hujus Pontificis Conf. edita 1703. Aug. 28. P. 2. Bened. vero XIII. Confir. ed. 1727. Septem. 30. P. 4. restituuntur Discreti in Provinciis Hispaniarum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 13. Julii
1714. An. 14.

Dudum pro parte charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici Nobis exposto, quod cum alias ad tollenda damna, & incommoda, quæ Fratres Provincialium Regnorum utriusque Castellæ Veteris scilicet, & Novæ nuncupat. Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum ex electione Discretorum, qui a Conventibus ad effectum sua suffragia in Capitulis Provincialibus ferendi eligi consueverant, in Religiosa pacis, & concordia, ac Regularis disciplinae præjudicium passi fuerant fel. rec. Innoc. PP. XII. Prædeceſſor noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 29. Maii 1693. expeditas literas Discretos praedictos in dictis Provinciis sustulisset, & removisset, ac subinde inter alia remotionem, & abolitionem Discretorum hujusmodi, expeditaque desuper Literas praedictas ad Provincias Bætica, & Navarra per alias suas itidem in forma Brevis literas die 12. Septembris ejusdem anni desuper emanatas extensisset, & ampliasset; dilecti vero filii Fratres Provinciae Flandro - Belgicae supradicti Ordinis eadem damna, & incommoda ex simili Discretorum electione pati cogerentur, tam ipsi, quam predictus Philippus Rex, commune hujus quoque Provincia bonum promovendi studio datus, usum eligendi Discretos praedictos in eadem Provincia abrogari, & Apostolica desuper auctoritatis nostra partes interponi plurimum desiderabant, Nos piis ipsis Philippi Regis votis hac in re favorabiliter annuere volentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter correctis inclinati, attento Voto Venerabilis Fratris nostri Nicolai Episcopi Portuën. S. R. E. Cardinalis Acciajoli nuncupati dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, ad quem supplicem Libellum nobis super premissis porrectum remiseramus remotionem, & abolitionem Discretorum hujusmodi in dicta Provincia Flandro - Belgica ad impedieras relaxaciones, & evitanda præjudicia, quæ in Regularem observantiam ex illorum electionibus irreperire solebant, expedire, ac in Religiosis, ejusque regiminis bonum cessuram esse censemtes, Discretos praedictos in eadem Provincia auctoritate Apostolica sustulimus pariter, & removimus, & alias prout in nostris itidem in simili forma Brevis die 28. Augusti 1702. expeditis Literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberioris continetur.

S. 1. Cum autem sicut dilecti filii Michael Angelus a Ragusa Minister Generalis, Joannes Antonius a Florentia in Romana Curia Procurator, & Commissarius Generalis, Ti-

Referuntur
duæ Constitu-tiones In-noc. XII. pro
abolitione
dd. Discreto-
rum, in variis
Provinciis,
& alia hujus
Pontificis
pro Provin-
cia præd.

Preces Mi-nistri, Pro-
curatoris,
& Diffinito-
rum Gene-

ANNO
1714.
ralium, nec
non cause
præsentis
concessionis.

CLEMENS UNDECIMUS.

545 ANNO
1714.

motheus a Flexia, & Timotheus a Rodena
Diffinitores Generales Ordinis predicti Nobis
nuper exponi fecerunt, ab eo tempore expe-
riencia compertum fuerit, non solum damna,
& incommoda ex eorumdem Discretorum ele-
ctione sublata minime fuisse, sed majora in
gravius Religiosa pacis, & concordie, necnon
Regularis obseruantia præjudicium etiam cum
scandalo, & Sæcularium admiratione emersisse,
ac in dies emergere, ac proinde fratres præ-
dictæ Provinciæ Flandro-Belgiæ eorum Discre-
torum electionem, pro qua plures ne dum
Superioribus Generalibus, & dicto Nicolao Epi-
scopo Cardinali, & Protectori, ac Nobis præ-
sertim in Comitiis Generalibus die 13. Maii anni
1712, in Alma Urbe nostra celebratis supplicaverant,
restituì summopere defiderent. Nobis propterea prædicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apo-
stolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenit. a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latiss., si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attento etiam voto ejusdem Nicolai Episcopi Cardinalis, & Protectoris, prædicto Michaeli Angelo Ministro Generali, auditis prius, ac visitatis omnibus, & singulis ejusdem Provincia Flandro-Belgiæ Fratribus, ac re serio, prudenter, & diligenter examinata electionem Discretorum hujusmodi, si id Divina gloria, publica tranquillitat, ac regularis obseruantia incremento in Domino expedire judicaverit, restituendi facultatem dicta auctoritate tenore præsentium concedimus, & impartimur.

§. 2. Non obstantibus prædicti Innocentii Prædecessoris Literis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciæ, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegii quoque, indulis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contraria quibuscumque.

Datum Romæ apud S. M. Majorem sub Annulo Pilicatoris die XIII. Julii MDCCXIV. Pontificatus nostri Anno Decimoquarto.

Preces Ab-
batis Bizeu-
noviens, qui
est Caput Congrega-
tions.

militari nostræ committere dignata est salubriter exequi adjuvante Domino jugiter satagentes Religiosos virös sub suavi Monastice vita jugo vota sua reddere, uberesque bonorum operum fructus adspirante superni favoris auxilio proferre jugiter satagentes, ut eo alacrius pieratis exerciti incumbant, favoribus, & gratiis libenter prose quimus opportunis.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ottmarus Abbas Monasterii Bizeunoviensis Ordinis S. Benedicti in Regno Bohemiae Sedi Apostolica (ut assertur) immediate subiecti, quod ipse, qui (ut afferit) inter alias prærogativas quibus ex privilegio Apostolico gaudet, caput, & Magister in correctione, & reformatione regularis disciplina super omnia claustra dicti Ordinis in prædicto Regno existentia, existit, tam sibi, ejusque successoribus, quam toti Congregationi, Monasteriis, & Loci prædicti Regni ejusdem Ordinis ejus correctioni, & reformationi subjectis, ut præfertur, necnon filiabus Præposituris, Prioribus, seu Monasteriis eidem Monasterio Bizeunoviensi in eadem Bohemia, ac Kan-Gradensi in Moravia, & Waldstediensi in Silesia existentibus, aliisque prædictæ Congregationi in futurum untiendis, illorumque Præsidentibus, Visitatoribus, Abbatis, Monachis, & personis præsentibus, & futuris, omnes, & singulas gratias, tam spiritualles, quam temporales variis Congregationibus, & Monasteriis concessas, omniaque, & singula alia privilegia, quibus Congregatio Cassinensis alias S. Justinæ de Padua, ejusque Præsidentes, Visitatores, Abbates Superioris, & Monachi, ac persona quæcumque fruuntur, & gaudent, nullo proflus excepto privilegio, etiam speciale requireret mentionem, firmisque remanentibus reliquis iuribus, & privilegiis a prædicto capite Bizeunoviensi Monasterii in dicta Congregatione Bohemiae, ejusque Monasteriis ab immemorabili tempore possessis a Nobis communicari plurimum desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur Congregationem primoditam, quam peculiari paternæ charitatis affectu prosequimus, ipsumque Ottmarum Abbatem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenit. a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latiss., si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum filium modernum Procuratorem Generalem dictæ Congregationis Cassinensis super præmissis audierunt consilio memoratae Congregationi Bohemiae Monachorum Ordinis S. Benedicti, ejusque Abbatii Præsidenti, aliisque Abbatis, Monasteriis, Monachis, ceterisque personis dictæ Congregationis, illiusque membris nunac, & pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, privilegiis, indultis, aliisque gratiis, tam spiritualibus, quam temporalibus quibus potiuntur, & gaudent Congregationes Cassinensis, & alias dicti Ordinis Sancti Benedicti potiri, & gaudent possint, sine præjudicio tamen aliorum privilegiorum eidem Congregationi Bohemiae a Sede Apostolica, sicut præmititur, alias concessorum, auctoritate Apostolica tenore præsentium juxta petita concedimus, & indulgemus; salva tamen semper in

Concessio
præd. sine
præjudicio
proprietum
Privilegio-
rum d. Con-
gregationis.

Concessio
præd. Mini-
stro Gen. fa-
cta sub certis
conditionibus.

Clausula.

CXXXV.

Conceduntur omnia privilegia Congregationum Ord. S. Benedicti Congregationi Monachorum Bohemiae, illiusque membris in Moravia, & Silesia.

Inn. XII. Conf. ed. 1699. Sep. 24. P. 9. Benedicti-
ni in Austria concessæ fuere gratia spirituales
Congregationis Cassinensis. Eadem conceduntur Con-
gregationi Augustanae a Bened. XIII. Conf. ed.
1725. Maij 4. P. 1. Et Congregationi in Bohemia
Conf. ed. 1728. Oct. 7. P. 5.

CLEMENS PAPA XI.
Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolatus officium, quod inscrutabilis divi-
nae Sapientiae, atque bonitatis altitudo hu-

Dat. 6. Oct.
1714. An. 14.

Exordium.

Bullarii Romani Contin. Pars VI.

Zz 3

præmis-